censibus in totum est numerata, ut indicat prefati magistri syngrapha. Et quia litteras originales et capitales per facultatem venditas et collegio nostro datas super undecim sexagenis quotannis solvendis, quarum initium est „Nos Marcus Sculteti“ ꝛc.[b]), quarum etiam copiam dedimus facultati in erario nostro, non reperimus, ob id volumus, quod ille littere reemptionis et venditionis, cum in futurum invente fuerint penes aliquem, debeant reddi facultati et esse mortue ac nihil vigoris habere contra eandem. Quapropter vigore presentium palam facimus omnibus et singulis quicquid inter nos et predictam facultatem artium in hac causa gestum, actum et factum est, ita esse transactum, ut nihil controversie seu litis inter nos atque eandem facultatem suboriri et moveri aut debeat aut possit, ita ut causa hec omnino sit sublata, sopita et amice composita, ob id quietantiam perpetuo salvam et duraturam vigore presentium erogamus, damus et libere edicimus. In cuius rei fidem et robur atque evidens testimonium has collegii nostri sigillo munivimus, et ad petitionem partis utriusque magnificus dominus rector rem sic observari ratam et firmam etiam sigillo rectoratus corroboravit et confirmavit, presentibus clarissimis et venerabilibus viris, dominis Martino Meendorn ex Hirsberg, doctore et facultatis theologie decano, Georgio Dottanio Meiningensi, sacre theologie doctore, Augustino Tyrolf, utriusque iuris doctore ac magistro, Arnoldo Wöstefeldes, artium magistro, universitatis studii Lipsiensis clavigeris ad hoc specialiter ut testibus rogatis et requisitis. Actum et datum anno a Christo nato MDXXXV die vero XV. iunii.

Sigillum rectoratus. Sigillum collegii maioris.

Fridericus Peipuss Forchemius, artium magister et universitatis studii Lipsiensis notarius, in fidem omnium suprascriptorum manu propria scripsit et subscripsit.

383.

Herzog Georg von Sachsen verordnet, daß diejenigen Doktoren, Magister und Studenten der Universität, welche nicht aus Leipzig gebürtig sind oder das Leipziger Bürgerrecht erworben haben, ihre Begräbnißstätte für sich und ihre Angehörigen entweder im Pauler- oder im Barfüßerkloster zu wählen hätten. **Leipzig, 1536 Mai 26.**

Hdschr.: Or. Perg. Archiv der Universität No. 30 mit dem gut erhaltenen Siegel an Pergamentstreif.
Gedr.: Zarncke, Acta rectorum 79. — Cod. dipl. Sax. regiae II, 9, 418.

Wyr Georg vonn gots genadenn hertzog zu Sachsenn, lanndtgraf inn Dorinngenn unnd marggraf zu Meyssen thunn kunnth unnd bekennen vor uns, | unnser erbenn unnd nachkommenn auch allermenniglich, nachdem unnd als wyr aus etzlichenn bewegelichenn ursachenn das begrebnus in unnser | stadt Leipzigk aus denn pharrkirchenn gegenn sanct Iohannes vor dem Grimmischen thor voranndern unnd wie es damit gehaltenn werdenn sall, dem | wyrdigenn unnd hochgelartenn, unnsern liebenn ann-

382. b) *S. No. 120.*